

**REGII NEAPOLITANI ARCHIVI  
MONUMENTA**

**DOCUMENTI DEL REGIO  
ARCHIVIO NAPOLETANO**

**II EDIZIONE CON TESTI TRADOTTI**

**A CURA DI GIACINTO LIBERTINI**



**VOLUME SESTO  
ANNI 1115-1131 E APPENDICE**

**ISTITUTO DI STUDI ATELLANI**

In copertina: Nomina a duca di Puglia e di Calabria di Roberto il Guiscardo ad opera di papa Niccolò II

Sulla retrocopertina: Incoronazione di Ruggero II, operata simbolicamente dal Cristo

**NOVISSIMAE EDITIONES**  
Collana diretta da Giacinto Libertini  
----- 31 -----

**REGII NEAPOLITANI ARCHIVI  
MONUMENTA**

**DOCUMENTI DEL REGIO  
ARCHIVIO NAPOLETANO**

**II EDIZIONE CON TESTI TRADOTTI**

**A CURA DI GIACINTO LIBERTINI**

**VOLUME SESTO  
ANNI 1115-1131 E APPENDICE**

(su licenza COPERNICAN EDITIONS)  
ISBN 979-1281671461  
Novembre 2011

**ISTITUTO DI STUDI ATELLANI**

REGII NEAPOLITANI ARCHIVI

# MONUMENTA

EDITA AC ILLUSTRATA



NEAPOLI

EX TYPOGRAPHIA EQUITIS G. NOBILE

M. DCCC. LXI

**VOLUMEN SEXTUM****1115-~~1130~~1131.****VOLUME SESTO****1115-~~1130~~1131**

[Introduzione al Vol. VI, pagine V-XII]

[pag. V]

**DE VOLUMINE PRAESENTI ET  
SUPERIORIBUS JAM EDITIS,  
AC DE MONUMENTIS DEINCEPS  
PUBLICANDIS.**

**H**abes tandem aliquando, lector erudite, sextum hoc, idemque postremum voluminum, quibus continentur monumenta vetustiori aevo condita, omnia longe lateque olim dispersa, ineunte vero hoc saeculo temporum edacitati, et imperitorum hominum contrectationi erepta, ac servata in nostro maiori Archivo, cuius splendor ac dignitas nunquam nisi Neapolitani Nominis interitu obsolescet. Mirum autem nemini videatur, si hoc volumen serius, quam res ipsa postulabat, publica lucis usura sit donatum. Quamquam enim susceptum profligatumque iampridem esset, tamen ratio temporum proxime superiorum, quae animos cogitatione rerum longe maiorum distinebat, impedimento fuit, quominus in lucem conspectumque prodiret. Huc accessit, quod, quibus mandatum olim fuerat membranarum interpretationem a Palaeographiae tironibus elaboratam diligentius expendere, et illustrationibus ornare, ii sane haec munia in utraque parte prioris voluminis pro viribus expleverunt; dein vero eorum operam alio devocari, totamque eorumdem tironum ingenio et industriae committi placuit, tamquam ipsis admoveretur inde calcar, quo ad vetustatem perscrutandam vehementius excitarentur. Verum enimvero id consilii non e re satis cognita sciteque diiudicata profectum, eorumque ipsorum, quibus eiusmodi pensus delatum est, labor aliis quoque Archivi muneribus obeundis saepenumero mancipatus, in causa fuerunt, quamobrem insequentium voluminum editioni nec tantum praeiverit curarum, quantum in priori volumine impensum fuit, et tarditati

**DEL VOLUME PRESENTE E DEI  
PRECEDENTI GIA' PUBBLICATI, E DEI  
DOCUMENTI DA PUBBLICARE  
SUCCESSIVAMENTE**

**H**ai dunque infine, o erudito lettore, questo sesto e anche ultimo dei volumi nei quali sono contenuti i documenti redatti nel tempo più antico, tutti una volta per lungo tempo e ampiamente dispersi, invero all'inizio di questo secolo sottratti alla voracità del tempo e al maneggio di uomini inesperti e conservati nel nostro maggiore Archivio, di cui lo splendore e la dignità mai svanisca se non per la fine del Nome Napoletano. A nessuno poi sembri sorprendente se questo volume è stato dato alla luce per il pubblico uso più tardi di quanto la stessa cosa richiedeva. Sebbene, infatti, fosse cominciato e concluso già da un pezzo, tuttavia la ragione dei tempi appena trascorsi, che impegnava gli animi con pensieri di cose assai maggiori, fu di impedimento a che apparisse alla vista della luce. A ciò si aggiunga che quelli a cui allora era stato affidato di esaminare più attentamente l'interpretazione delle pergamene elaborata dagli allievi della Paleografia, e di arricchirla con spiegazioni, quelli certamente condussero a termine questi impegni in entrambe le parti del primo volume secondo le proprie forze; di poi invero la loro opera fu richiamata altrove, e parve opportuno affidare tutto all'ingegno e allo zelo dei loro allievi, come se agli stessi fosse da ciò infuso l'incitamento con il quale fossero stimolati ad indagare l'antichità più energicamente. Ma certamente tale decisione derivata non da cosa a sufficienza conosciuta e abilmente giudicata, e il fatto che gli stessi ai quali un tale compito fu trasmesso spesso erano presi da altre funzioni da affrontare anche dell'Archivio, causarono che nella pubblicazione dei successivi volumi non solo non ebbero la precedenza delle attenzioni, quanta fu impiegata

<p>plerumque, ac procrastinationi aditus patuerit; quae quidem incommoda vel postremo huic volumini subeunda fuerunt. Et fortasse ipsum adhuc desideraretur, nisi Franciscus Trincherà, cui nuper demandata Archivorum est provincia, singulari qua praestat sollertia et alacritate curasset, ut non modo instauraretur societas eorum, qui monumenta, antequam ederentur, sedulitate quanta maxima excuterent atque illustrarent, sed etiam volumen, de quo sermo est, omni amota cunctatione, quaecumque iam conflatum extaret, publici iuris fieret, ne literatorum natio, cuius non ultimum ipse decus et ornamentum est, hasce veterum aetatum reliquias irrita diutius flagitatione praestolaretur.</p>	<p>per il primo volume, ma anche si manifestò la possibilità di lentezza per lo più, e di procrastinazione; i quali inconvenienti invero questo ultimo volume massimamente dovette sopportare. E forse lo stesso sarebbe ancora desiderato, se Francesco Trincherà, a cui poco fa fu affidato il governo degli Archivi, non avesse curato con la singolare solerzia e alacrità che mostra, che non solo fosse rinfrancata la comunità di quelli che esaminano e interpretano con la massima diligenza i documenti prima che siano pubblicati, ma anche affinché il volume, di cui si parla, rimosso ogni indugio, qualsiasi cosa fosse già composto, diventasse di pubblico dominio, di modo che la nazione delle lettere, di cui non ultimo lo stesso è onore e decoro, non attendesse più a lungo con vana istanza queste reliquie delle antiche età.</p>
--	---

[pag. VI]

<p>Heic vero nemo cum Afro Comico nobis occinat: <i>Id populus curat scilicet</i>. Nam etsi maiora nunc animos urgeant, et a vetustarum rerum contemplatione avocent, ea tamen disciplinarum omnium vis est, ut homines ab eis, tanquam a naturali animorum ingeniorumque pabulo, nullo nec temporum, nec rerum discrimine perditu abduci patiantur. Nostra porro haec studia, si Muratorio caeterisque summae auctoritatis scriptoribus, qui perquam sedulo inferiori aevo studuerunt, tribuenda fides est, suapte natura sunt eiusmodi, ut qui nihil inde commodi in reliquum literarum apparatus, inque universam hominum societatem redundare obganniat, hic dicendus est non pervidere <i>quid distent aera lupinis</i>. Sed nihil minus pertimescendum nobis est, quam ne huiusmodi obtrectatores, et hac potissimum in urbe sortiamur, ubi Carolus Troya, vir eximiarum virtutum splendore, et eruditionis omnigenae ubertate cum paucis comparandus, cives suos ad vestigandum ac pernoscendum medium aevum non mediocri inflammavit cupiditate, nostrique huius operis primitias sua comprobatione et laude honestavit.</p>	<p>Qui invero nessuno ci canti con il commediografo P. Terenzio Afro: <i>Ciò che il popolo ha a cuore è evidente</i>. Infatti, sebbene cose maggiori opprimano gli animi e li allontanino dalla contemplazione delle cose antiche, tuttavia la forza di tutte le scienze è che gli uomini in nessun frangente nè di tempi né di cose tollerano di esserne privati per troppo tempo, quasi come fossero naturale alimento degli animi e delle intelligenze. Inoltre questi nostri studi, se bisogna prestar fede a Muratori e ad altri storici di somma autorità che studiarono assai diligentemente i secoli antichi, per loro precisa natura sono tali che chi ripete continuamente che niente di utile ne deriva da ciò per l'apparato delle altre lettere e per l'intera società degli uomini, qui è da dirsi non vedono bene <i>in cosa le monete sono differenti dai lupini</i>. Ma niente è meno da temere per noi di ricevere in sorte tali calunniatori, soprattutto in questa città dove Carlo Troya, uomo da potersi paragonare a pochi per lo splendore delle esime virtù e per la ricchezza di ogni genere di erudizione, entusiasmò i suoi concittadini ad investigare e cercare di conoscere il medioevo con non ordinaria passione, e onorò le primizie di questa nostra opera con la sua approvazione e lode.</p>
--	---

[pag. VII]

<p>Edita in praesenti volumine monumenta</p>	<p>I documenti pubblicati nel presente volume sono</p>
--	--

<p>praevierunt annum MCXXX, quo Rogerius Siciliae rex fuit consalutatus. Post eum annum nonnulli e superioris aevi Dynastis, ac praesertim Dux et Consul Neapolitanae Reipublicae Sergius etiamdum imperitarunt, donec profligatis eorum opibus, deletaque omni qua pollebant ditone, universae ultra citraque Siciliense fretum civitates in unius Rogerii principatum coaluerunt. Hoc nimirum temporis intervallo aliquot occurrunt chartulae sub fatiscente Sergii et reliquorum Dynastarum auctoritate conscriptae. Ut ordini chronologico consuleretur, eae visae sunt ab aetate sua nequaquam abstrahendae. Quocirca non editae fuerunt in praesenti volumine, cum reliquis ad eosdem Regulos spectantibus, et ante annum MCXXX exaratis; verum amandatae sunt ad tempora sua, lucemque adspicient, cum in eorumdem temporum monumenta incubuerimus.</p>	<p>antecedenti all'anno 1130 in cui Ruggero fu acclamato re di Sicilia. Dopo quell'anno alcuni dei Signori della precedente età, e soprattutto Sergio, Duca e Console della Repubblica Napoletana, ancora governarono, finché abbattute le loro forze e annientato ogni dominio di cui erano forti, tutte le città di qua e al di là dello stretto di Sicilia si unirono nel principato del solo Ruggero. Certamente in questo intervallo di tempo occorrono alquanti documenti redatti sotto il fatiscente dominio di Sergio e dei rimanenti Signori. Affinché siano consultate in ordine cronologico, fu giudicato che quelle in nessun modo dovessero essere separate dalla loro età. Perciò non furono pubblicate nel presente volume insieme alle altre spettanti agli stessi principi e scritte prima dell'anno 1130; ma sono state rimandate ai loro tempi, e vedano la luce quando affronteremo i documenti di tali tempi.</p>
--	--

[pag. VII]

<p>Inter edendum hoc postremum volumen ex Archivi pluteis, qui chartarum affluentia singulos in dies collocupletantur, aliquot emeruerunt membranae quoad aevitatem suppres iis, quae iam editae fuerant. Nam tametsi notis chronologicis nonnullae careant, eas tamen ante conditum Siciliae regnum scriptas fuisse satis declarat characteris typus, et alia quae contextus suppeditat argumenta. Quapropter qui edendo huic volumini operam navarunt, huiusmodi membranas serius compertas in appendicem, attextam eidem volumini, coniecerunt.</p>	<p>Nel cavar fuori quest'ultimo volume dagli scaffali dell'Archivio, che per l'afflusso dei documenti si arricchirono giorno per giorno, comparirono alquante pergamene quasi contemporanee per quanto riguarda l'epoca a quelle che già erano state pubblicate. Infatti, sebbene alcune siano carenti di riferimenti cronologici, che quelle tuttavia siano state scritte prima della nascita del regno di Sicilia lo dimostra a sufficienza il tipo del carattere, e altre cose che il contesto fornisce come prove. Pertanto quelli che collaborarono a pubblicare questo volume, raccolsero nell'appendice aggiunta ad esso le pergamene di tale tipo più tardi ritrovate.</p>
--	--

[pag. VIII]

<p>Cum toto ex opere aliquid emolumenti vel in Palaeographiam manare deberet, praetermissa numquam fuere characterum specimina, quae eiusdem disciplinae profutura viderentur. Idcirco, quemadmodum factitatum est superioribus in voluminibus, sicubi res postulavit, ita et in calce praesentis voluminis occurrit ectypum lapide incisum diplomatis, quod saeculo XI a Riccardo Campanorum Principe datum pro Aversano ss. Petri et Laurentii Coenobio, scriptum fuit Romanis literis cubitalibus, quas nullum e tot</p>	<p>Dovendo far derivare dall'intera opera qualche profitto anche per la Paleografia, non furono mai tralasciati campioni dei caratteri che sembravano di utilità per tale disciplina. Pertanto, come è stato fatto più volte nei precedenti volumi, se talora l'argomento lo richiedeva, così anche al termine del presente volume occorre la stampa incisa sulla pietra del diploma, che dato nel secolo XI dal Principe dei Campani Riccardo a favore del Convento Aversano dei ss. Pietro e Lorenzo, fu scritto con lettere Romane capitali, quali non presenta alcuno fra tanti documenti,</p>
---	--

monumentis, quot nostro ex Archivo eruta hactenus fuerunt, a saeculo nempe IX ad annum MCXXX, prae se tulit. Si Mabillonium tot archiva, et praesertim Italica perlustrantem, ut inde hauriret canones, quibus fundamenta poneret Arti, quam primus omnium ipse condendam susceperat, nostrum hoc diploma non effugisset, sententiam de cubitalium literarum usu, quae eius animo insederat, facile mutasset. Tamquam enim compertum nullique dubitationi obnoxium visum ei fuit illud literarum genus post quintum Christi saeculum obsolevisse, atque exinde non alibi, quam in inscriptionibus, librisque descriptis ad pompam usurpatum esse. Duoviri porro Benedictini recentioris vulgatissimi operis de Re Diplomatica auctores scripturam, qua de agitur, literatis marmoribus atque metallis per sequiora tempora uti peculiarem tribuerunt, et cum aliquot saeculi XI diplomata litteris cubitalibus exarata deprehendissent, insolens ac nova istiusmodi scriptura visa fuit tam subactis duratisque veterum membranarum exploratoribus. Nos item demirati sumus eamdem scripturam in diplomate nostro; quod propterea inter singularia recensendum, eiusque ectypum nemini iniucundum, aut supervacaneum visum iri pro certo habuimus. Nam qui eius literarum formam, non invenustam quidem et inficetam, sedulo conspicatus fuerit, animo lubentissimo velificabitur Maffeo, qui aegre ferens opinionem quaquaversus propagatam, nempe omnia Romanorum instituta scripturamque ipsam post Barbarorum adventum simul cum Imperio morti occubuisse, eam profligare aggressus fuit. Cuius viri undequaque docti, ac de Re Diplomatica benemerentissimi vestigia consecrati plerique non deterioris notae scriptores cum in eamdem arenam descendissent, potiorum rationum praesidio freti, populi orbis terrarum olim principis leges, instituta moresque vindicarunt ab iniuriis eorum, qui nihil nisi quod advenae septentrionales ignorantiae caligine et barbariae squallore obsiti secum attulerant, ubique gentium viguisse, rerumque nostrarum incunabula ab aevo non Quiritium, sed Barbarorum repetenda esse perperam autumarunt.

quanti dal nostro Archivo finora sono stati estratti, certamente dal secolo IX fino all'anno 1130. Se Mabillon che esaminò tanti archivi, e soprattutto Italiani, perché da ciò ricavò i canoni con i quali pose le fondamenta dell'Arte che primo fra tutti si era accinto a fondare, non avesse mancato questo nostro diploma, avrebbe facilmente mutato l'opinione che si era fissata nel suo animo a riguardo dell'uso delle lettere capitali. Infatti, gli sembrò come accertato e soggetto a nessun dubbio che quel tipo di lettere dopo il quinto secolo di Cristo era scomparso, e pertanto era usato non altrove che nelle iscrizioni e nei libri scritti per solennità. Inoltre i due Benedettini, autori della più recente conosciutissima opera di Diplomatica, considerarono la scrittura, di cui si discute, come peculiare a iscrizioni su marmi e metalli dei secoli successivi, e allorché ritrovarono alquanti diplomi del secoli XI scritti con lettere cubitali, tale scrittura sembrò inusitata e nuova a tanto esercitati e fortificati investigatori delle antiche pergamene. Noi parimenti ci meravigliamo della stessa scrittura nel nostro diploma; che pertanto riteniamo debba annoverarsi fra le cose singolari, e la sua incisione a nessuno di certo sembrerà sgradevole o superflua. Infatti, chi avrà guardato la forma delle sue lettere, non rozza invero e sgraziata, con animo assai favorevole si troverà d'accordo con Maffei, che mal tollerando l'opinione dovunque diffusa, appunto che tutte le istituzioni dei Romani e la stessa scrittura dopo l'arrivo dei Barbari parimenti morti soccombettero insieme all'Impero, cercò di combatterla. Di ciò avendone ricercate le tracce uomini in ogni cosa dotti e benemerentissimi della Diplomatica, molti storici non di inferiore capacità allorché discesero nella stessa arena, fiduciosi per il sostegno di più forti ragioni, difesero le leggi, le istituzioni e i costumi di quello che era stato un tempo il primo popolo del mondo dalle offese di quelli che a torto sostennero che niente si era diffuso dovunque fra le genti se non quanto portarono con sé gli stranieri del settentrione avvolti dalla nebbia dell'ignoranza e dalla rozzezza della barbarie, e che le origini delle nostre cose fossero da far iniziare dall'epoca non dei Quiriti, ma dei Barbari.

Nemo autem sibi in animum inducat editorum sex nostrorum voluminum mole omnia prorsus contineri monumenta, quotquot ante constitutam potestatem regiam sub Longobardorum, Graecorumque, et Nortmannorum Ducum imperio prodiverunt, nostramque ad aetatem usque perennarunt. Certe quidem absunt alia quam plurima, quae aut in extantibus adhuc apud nos actis veterum Curiarum, quibus ad lites iudicandas exhibita fuerunt aut in tabulariis ecclesiarum, municipiorum et complurium familiarum pervetusta generis nobilitate excellentium, possunt deprehendi; ut missa faciamus tum ea, quorum autographa quidem decursu tot saeculorum disperierunt, apographa vero illustrium scriptorum operibus, in quae pro re nata commigrarunt, tradita sunt posteritati; tum quae asservantur in coenobio, quod vulgo audit *Montis Virginis*, atque in duobus laudatissimis Cimeliarchis, Casinensi scilicet et Cavensi, quorum claustra innumeris antiquiorum temporum monumentis incolumitatem adversus Barbarorum vastationes adseruisse nemo est quin ignoret. Quum primum Archivi nostri membranarum edendis manum admovimus, nos profecto non latuit multo praestabilius operae pretium factum iri, si universa, quae innumus, monumenta ad nostrum opus amplificandum arcessita fuissent. Verumtamen non levioris momenti difficultates, quibuscum frustra decertandum fuisset, et quas heic commemorare necesse non habemus, ab ineundo huiusmodi consilio nos deterruerunt. Nunc vero cum expeditiora nobis omnia tum illud in primis sperare licet, fore nimirum, ut quae per antea tempora obstiterunt, eorum nihil non superari facile negotio queat. Quibus sane rebus prospere omnino feliciterque procedentibus, reliquam illam opulentissimam veterum monumentorum suppellectilem unde congerendam, nostrique Archivi monumentis sive editis sive edendis, pro temporum ordine attextendam curabimus. Tum vero Neapolitano ex Archivio iure optimo expectandum erit opus numeris omnibus absolutum, nec plane indignum quod accenseatur Codicibus Diplomaticis, quos hoc praesertim aevo viri

Nessuno poi sia indotto a credere che nella mole dei nostri sei volumi pubblicati siano affatto contenuti tutti i documenti, quanti vennero fuori dell'epoca del dominio dei Duchi Longobardi, Greci e Normanni, e prima che fosse stabilito il potere regio, e perdurarono fino alla nostra età. Certamente invero mancano moltissimi altri che possono essere ritrovati, o in atti ancora esistenti delle nostre antiche Curie, nelle quali furono esibiti per giudicare le dispute, o negli archivi delle chiese, dei municipi e di molte famiglie eccellenti per antichissima nobiltà del casato; tralasciando inoltre quelle copie per opere certamente di illustri autori, in cui date le circostanze passarono, che sono state tramandate alla posterità, essendosi invero persi gli originali per il passare di tanti secoli; sia quelle che sono conservate nel convento che comunemente è detto di Montevergine, e in due lodatissimi archivi, vale a dire di Cassino e di Cava, i cui chiostri non vi è alcuno che ignori che protessero dalle devastazioni dei Barbari l'integrità di innumerevoli documenti dei tempi più antichi. Allorché dapprima ponemmo mano a pubblicare le pergamene del nostro Archivio, sicuramente non ci sfuggì che il valore dell'opera sarebbe diventato di gran lunga più notevole, se ci fossimo procurati tutti i documenti a cui abbiamo accennato per accrescere la nostra opera. Nondimeno le difficoltà non di più lieve importanza con le quali invano si sarebbe dovuto combattere, e che qui non abbiamo necessità di ricordare, ci distolsero dall'abbracciare una tale decisione. Ora certamente poiché tutte le cose sono senza dubbio più agevoli per noi allora quello innanzitutto è lecito sperare che quelle cose che nei tempi precedenti furono di ostacolo, nessuna di quelle non potrebbe essere superata con facile impegno. Tali cose di certo procedendo del tutto favorevolmente e felicemente, quel rimanente ricchissimo corredo di antichi documenti raccolti da ogni parte, cureremo di aggiungere secondo l'ordine dei tempi ai documenti del nostro Archivio pubblicati e da pubblicare. Allora invero per l'Archivio Napoletano con ottimo diritto sarà da aspettarsi un'opera compiuta sotto ogni aspetto, e affatto non immeritevole di aggiungersi ai Codici Diplomatici, che soprattutto in

doctrinae laude florentissimi, nulloque ad tam arduum studiorum genus incitamento et praesidio destituti, in lucem emiserunt. Tum scriptoribus ad Neapolitani Nominis historiam accuratius elucubrandum aggressuris procul dubio suppeditabitur unde ad caliginem vetustatis dispellendam possint affatim lucis mutuari, rerumque gestarum, et hominum naturam non commentitiam, sed germanam et solidam intueri.	quest'epoca pubblicarono uomini illustrissimi per merito di dottrina, privati di alcun stimolo e sostegno a tanto arduo genere di studi. Inoltre agli storici che si dedicheranno ad elaborare più accuratamente la storia del Nome Napoletano senza dubbio sarà fornito da dove possano a sufficienza prendere luce per disperdere la nebbia dell'antichità, e per indagare la sostanza, non fittizia ma vera e fondata, delle imprese e degli uomini.
---	---

[pag. X]

Nos vero, ne, donec consecuti haec optata fuerimus, ab omni praeteritorum temporum investigatione supersedissemus videamur, statuimus curam Graecarum membranarum suscipere. Non deerit fortasse qui putet satius nos facturos, si publica Andegavensium Regum ederemus Acta, quae apud <i>Cancellariam</i> confici, et libris <i>Regestorum</i> appellatione donatis, mandari consueverunt. Hoc opus a plerisque vehementius flagitari probe novimus; immo et nosmetipsi quovis pignore contendimus hoc nostri Archivi depositum caeteris omnibus antestare, si minus longaevitae, cuius solummodo habendam esse rationem quidam clamitant (quasi de vino agatur et unguento, quae quo magis tempesta sunt, eo flagrantiore vim exserunt), certe quidem rerum dignitate, quam nostra aetas, potiori sapientiae in disciplinam tradita, impensius consecatur. Sed cum nobis propositum sit Regum Andegavensium Diplomaticum Codicem contexere, neque omni eum ex parte absolvi, Codicemque nuncupari fas sit, nisi caetera monumenta, quae ad eosdem Reges pertinent, et <i>Regestorum</i> lacunas aliquot explere possunt, conquisita aliunde fuerint, equis non iniuria nos redarguet, quod Graecorum monumentorum Syllabo editionem <i>Regestorum</i> posthabuerimus, nobisque expectandum rati simus, donec votis, quorum superne meminimus, potiti tandem fuerimus?	Noi invero, per non mostrare di aver trascurato ogni indagine dei tempi passati finché non avremo conseguito queste cose desiderate, stabilimmo di intraprendere lo studio delle pergamene Greche. Non mancherà forse chi ritiene che faremmo meglio se pubblicheremo gli Atti pubblici dei Re Angioini, che erano redatti presso la <i>Cancellaria</i> , e si era soliti affidare ai libri chiamati con il nome di <i>Regesti</i> . Ben sappiamo che quest'opera è sollecitata più fortemente da molti; anzi, anche noi stessi con una certa testimonianza sosteniamo che questo deposito del nostro Archivio precede per importanza tutti gli altri, anche se di minore antichità, di cui soltanto alcuni proclamano si deve tener conto (quasi si parlasse di vino e unguento, che quanto più sono maturi tanto più mostrano maggiore forza), certamente invero per il merito delle cose, che la nostra età, affidata a una migliore esperienza nella disciplina, persegue più fortemente. Ma poiché ci siamo proposti di comporre il Codice Diplomatico dei Re Angioini, e non è lecito che sia compiuto in ogni parte e che sia chiamato Codice, se altrove non saranno ricercati altri documenti che riguardano gli stessi Re e possono riempire alquante lacune dei <i>Regesti</i> , chi mai non ci rimprovererà a torto, che per la Raccolta dei documenti Greci trascureremo la pubblicazione dei <i>Regesti</i> , e che ci siamo prefissi di aspettare finché non avremo infine conseguito le cose desiderate di cui sopra abbiamo ricordato?
--	---

[pag. XI]

Pulcherrima haec Graecanica cimelia aevitatis barbaricae asservantur partim in nostro Archivio, partim in duobus Gazophylaceis iam laudatis. Cavensia quidem saeculo proxime praeterito sollertissimum nacta sunt	Questi bellissimi cimeli Greci dell'età barbarica sono conservati in parte nel nostro Archivio, in parte nei due Archivi già lodati. Quelli di Cava invero nel secolo precedente ebbero come solertissimo esploratore Pasquale Baffi, e
---	---

<p>exploratore Paschalem Baffium, et huic viro Graecarum literarum callentissimo acceptam referunt latinam interpretationem, perfectam ingenio, et industria elaboratam. Casinensia vero interpretanda suscepit Casinensis monachus Sebastianus Kalephatius, qui tametsi hanc suam lucubrationem, Moderatoribus nostri Archivi semel atque iterum expostulantibus, nondum absolverit, tamen datae ab eo ad nos literae, et doctrina non vulgaris, cuius alias praeclara edidit argumenta, in ambiguo esse non sinunt, quin spartae huic ornandae strenue adlaboret. Hae vero, et reliquae graecanici oris membranae, quas nobis aetas non invidit, eo pluris aestimandae sunt, quod tabularia vel locupletissima externarum gentium, et reliquae ipsius Italiae, modo Siciliam tam exquisita gaza affluentem exceperis, nihil Graecitatis superiorum temporum superstes habent, quod monumentis nostratium Graecorum possit aequiparari. Haec igitur universa nos e pluteis, ubi tamdiu delituerunt, quantocius eruere, et prelis tradere connitimur, ut res literarum publica eo Graecitatis genere, cuius inopia diu laboravit, aliquando se ditatam fuisse non immerito gloriari queat.</p>	<p>attribuiscono a questo uomo espertissimo di lettere Greche l'interpretazione latina accettata, perfetta per intelligenza e elaborata con zelo. Invero quelli di Cassino prese ad interpretarli Sebastiano Kalefati, monaco di Cassino, che sebbene non abbia ancora assolto questo suo lavoro per i Reggitori del nostro Archivio, che una prima e una seconda volta lo hanno chiesto con insistenza, tuttavia gli scritti che ci ha dato e la dottrina non comune, di cui in altri momenti manifestò illustrissime prove, non permettono di essere in dubbio, che non lavori energicamente a preparare questa corda. Queste invero, e le restanti pergamene di lingua greca, che il tempo non ci ha negato, per quello più sono da stimarsi, giacché gli archivi anche ricchissimi delle genti straniere, e le altre della stessa Italia, con l'eccezione della Sicilia ricca di tanto eccellente tesoro, niente hanno di superstite della Grecità dei tempi antichi, che possa equipararsi ai documenti dei Greci nostrani. Pertanto tutte queste cose dagli scaffali, dove tanto a lungo si nascosero, ci sforziamo di cavar fuori al più presto e di affidare ai torchi, affinché la repubblica delle lettere finalmente possa gloriarsi non a torto di essere stata arricchita di quel genere di Grecità, per la cui scarsità a lungo soffrì.</p>
--	---

[pag. XII]

<p>Interea rerum fac, Lector, ut maximam animorum contentionem, qua de nostris antiquitatibus, quantum in nobis situm est, benemereri satagimus, aequi bonique consulas. Quod profecto tuae in nos benevolentiae argumentum si haud denegaveris, nos, quorum sudores et vigiliae nullum hactenus consecutae sunt emolumentum, quo stipendiorum nostrorum exiguitati obviam iretur, non idcirco pristinam nostram alacritatem in adeunda vetustiorum aetatum insuavi stribligine, hispidoque senticeto remitti patiemur, cum nobis sit compertum, quamvis defutura sint caetera laboribus nostris praemia, indulgentiam certe ac benignitatem lectoris non defuturam.</p>	<p>Frattanto, o Lettore, fà che tu giudichi giusto e buono il massimo sforzo degli animi, con il quale ci adoperiamo per rendere un buon servizio a riguardo delle nostre antichità, quanto in noi è posto. Il che certamente se non negherai la prova della tua benevolenza verso di noi, di cui i sudori e le fatiche finora non hanno conseguito alcuna ricompensa con la quale ovviare all'esiguità dei nostri stipendi, non per questo lasceremo la nostra precedente alacrità nell'affrontare la sgradevole sgrammaticatura delle età più antiche e nell'essere rimandati ad un roveto selvatico, essendo per noi certo, anche se mancheranno altri premi per le nostre fatiche, che non mancherà certamente l'indulgenza e la benevolenza del lettore.</p>
--	---

**INDEX MEMBRANARUM  
QUAE  
IN SEXTO VOLUMINE  
CONTINENTUR**

**INDICE DELLE PERGAMENE  
CHE  
SONO CONTENUTE  
NEL SESTO VOLUME**

DLIX

Constantia Francorum Regis filia, ac Boemundi Antiocheni Principis vidua confirmat Monasterio s. Laurentii de Aversa nonnullas <i>obedientias</i> cum omnibus earum pertinentiis.	Costanza, figlia del Re dei Franchi e vedova di Boemondo Principe di Antiochia, conferma al Monastero di s. Lorenzo di Aversa alcune obbedienze con tutte le loro pertinenze.
---	---

DLX

Constantia, de qua in superiori membrana sermo habetur, Ecclesiae s. Laurentii de Aversa praedium donat, quod extra murum civitatis Tarenti extabat.	Costanza, di cui si parla nella precedente pergamena, dona alla Chiesa di s. Lorenzo di Aversa un campo che stava fuori delle mura della città di Taranto.
--	--

DLXI

Lis inter Jacobum Abbatem Monasterii ss. Sergii et Bacchi, atque conjuges Stephanum Marenarium ac Mariam Sissanam, aliosque complures exorta, de quibusdam praediolis juxta plateam publicam in regione <i>Arco cabredatu</i> positis, praesenti dirimitur instrumento.	La disputa tra Giacomo, Abate del Monastero dei ss. Sergio e Bacco, e i coniugi Stefano Marenario e Maria Sissana, e molti altri, sorta a riguardo di alcuni piccoli campi posti vicino alla via pubblica nella regione <i>Arco cabredatu</i> , è risolta con il presente atto notarile.
---	--

DLXII

Romualdus Ioannis filius et Purpura conjuges, Grisoni atque Sillicto fratribus, quamdam domum, atque cryptam vendunt, quae Andri extabant.	I coniugi Romualdo, figlio di Giovanni, e Purpura vendono ai fratelli Grisone e <i>Sillicto</i> un certa casa e una grotta che stavano ad Andria.
--	---

DLXIII

Ioannes cognominatus <i>Pappa Scarpone</i> , et Marocta ejus uxor a Jacobo Monasterii ss. Sergii et Bacchi Abbate sub emphyteuticis conditionibus praedium colendum accipiunt, quod in regione <i>Arco cabredatu</i> positum erat.	Giovanni, soprannominato <i>Pappa Scarpone</i> , e Marotta sua moglie accettano da Giacomo, Abate del Monastero dei ss. Sergio e Bacco, per coltivarlo con patti enfiteutici, un campo che era posto nella regione <i>Arco cabredatu</i> .
--	--

DLXIV

Ab Adenulpho Terrae Majoris Abbate s. Severini habitatoribus, qui ipsi obtemperabant, nonnullae leges, annuas praestationes ac civilem administrationem respicientes imponuntur.	Da Adenolfo <i>Terrae Majoris</i> , Abate di s. Severino, sono imposte agli abitanti che gli obbedivano alcune leggi riguardanti le prestazioni annue e l'amministrazione civile.
--	---

DLXV

Lis, qua Guilielmus Trojanus Episcopus atque Matthaeus Abbas Monasterii s. Laurentii de Aversa diu inter se contenderant, praesenti componitur instrumento.	La disputa per la quale Guglielmo, vescovo di Troia, e Matteo, Abate del Monastero di s. Lorenzo di Aversa, a lungo avevano conteso fra di loro, è composta con il presente atto notarile.
---	--

DLXVI

Richardus Senescalcus, Civitatis Bitecti Princeps, Treptiae Abbatissam in Ecclesiae s. Catharinae possessionem immittit, quemadmodum Barensis Archiepiscopus ipsi mandaverat.	Riccardo Senescalco, Principe della Città di <i>Bitecti</i> , consegna alla Badessa <i>Treptiae</i> la Chiesa di s. Caterina, come l'Arcivescovo di Bari gli aveva demandato.
---	---

DLXVII

Lis inter Maroctam Ioannis subdiaconi filiam atque Jacobum Monasterii ss. Sergii et Bacchi Abbatem	La disputa sorta tra Marotta, figlia di Giovanni sottodiacono, e Giacomo, Abate del Monastero dei ss.
--	---

exorta iurejurando componitur.	Sergio e Bacco, è composta con giuramento.
--------------------------------	--

DLXVIII

Inter fratres Ioannem, Gregorium atque Stephanum Infernum quaedam domus aequa lance dividitur, quae ipsis ex paterna obvenerat hereditate.	Tra i fratelli Giovanni, Gregorio e Stefano Inferno una certa casa, che era loro pervenuta per eredità paterna, è divisa con giusto criterio.
--	---

DLXIX

Petrus de Romana ab Uberto Abbate Monasterii s. Michaelis Archangeli praedium quoddam se recepisse fatetur, et quovis anno unum tritici <i>siliquar</i> praestaturum pollicetur.	Pietro <i>de Romana</i> dichiara di aver ricevuto da Uberto, Abate del Monastero di s. Michele Arcangelo, un certo campo, e promette che ogni anno pagherà una siliqua di frumento.
--	---

DLXX

A Petro presbytero utpote Ecclesiae s. Petri ad Paternum custode, sacra ejusdem Ecclesiae suppellex recipitur.	Da Pietro presbitero, quale custode della Chiesa di s. Pietro <i>ad Paternum</i> , è accettata la suppellettile sacra della stessa Chiesa.
--	--

DLXXI

Gregorius Infernus quinque dumtaxat annis tradit Gregorio Sergonatae praedium in loco, qui dicebatur <i>caba</i> positum, acceptis ab eo tribus et decem tarenis aureis.	Gregorio Inferno per soli cinque anni consegna a Gregorio Sergonata un campo sito nel luogo chiamato <i>caba</i> , dopo aver accettato da lui tredici tarenis d'oro.
--	--

DLXXII

Gaufridus Demedania Ecclesiae s. Laurentii de Aversa nonnulla praedia, aliaque donat privilegia.	Goffredo Demedania dona alla Chiesa di s. Lorenzo di Aversa alcuni campi e altri privilegi.
--	---

DLXXIII

Sica Castri Cicaliensis Comitissa cum consensu viri sui Aymonis de Argentia ss. Severini ac Sossii Monasterio praedium elargitur, quod in loco <i>cerquetum de s. Paulina</i> nuncupato extabat.	Sica, contessa del Castro <i>Cicaliensis</i> , con il consenso di suo marito Aimone <i>de Argentia</i> , dona al Monastero dei ss. Severino e Sossio un campo, che era nel luogo chiamato <i>cerquetum de s. Paulina</i> .
--	--

DLXXIV

Bertrannus Salpensis Episcopus Mattheo Abbati Monasterii s. Laurentii de Aversa Ecclesiam <i>de aquatilia</i> tradit.	Bertranno, Vescovo <i>Salpensis</i> , consegna a Matteo, Abate del Monastero di s. Lorenzo di Aversa, la Chiesa <i>de aquatilia</i> .
---	---

DLXXV

Richardus de Abinabile Monasterio ss. Severini ac Sossii nonnulla donat praedia, quae indivisa cum eodem Monasterio possidebat.	Riccardo <i>de Abinabile</i> dona al Monastero dei ss. Severino e Sossio alcuni campi, che possedeva indivisi con lo stesso Monastero.
---	--

DLXXVI

Maraldus de Bitaliano a Jacobo Abbate Monasterii ss. Sergii et Bacchi Molendinum decem annorum spatio utendum recepisse fatetur.	Maraldo <i>de Bitaliano</i> dichiara di aver ricevuto da Giacomo, Abate del Monastero dei ss. Sergio e Bacco, un Mulino per usufruirne per la durata di dieci anni.
--	---

DLXXVII

Jacobus, de quo in superiori membrana mentio habetur, atque Stephanus Marenarius, aliique complures, litem inter ipsos exortam de quodam praedio in Castro Lucullano posito, praesenti definiunt instrumento.	Giacomo, di cui vi è menzione nella precedente pergamena, e Stefano Marenario, e molti altri, definiscono con il presente atto notarile la disputa sorta tra loro a riguardo di un certo campo sito nel <i>Castro Lucullano</i> .
---	---

DLXXVIII

Rogerus Gualderanius Ecclesiae s. Laurentii de Aversa praedii sui partem donat, quod in loco <i>a la gurga</i> dicto extabat.	Ruggero <i>Gualderanius</i> dona alla Chiesa di s. Lorenzo di Aversa la sua parte del campo, che stava nel luogo detto <i>a la gurga</i> .
---	--

## DLXXIX

Testamentum Maroctae filiae Stephani clerici.	Testamento di Marotta, figlia di Stefano chierico.
---	--

## DLXXX

Ioannes Consul et Dux, atque Jacobus Monasterii ss. Sergii et Bacchi Abbas praedium quoddam inter se commutant positum in loco qui <i>Nonnaria</i> vocitabatur.	Giovanni, Console e Duca, e Giacomo, Abate del Monastero dei ss. Sergio e Bacco, permutano tra loro un certo campo sito nel luogo che si chiamava <i>Nonnaria</i> .
---	---

## DLXXXI

Richardus de Venabulo ss. Severini ac Sossii Monasterio donat tres terrae pecias, quae in <i>Liburiae tellure</i> extabant.	Riccardo <i>de Venabulo</i> dona al Monastero dei ss. Severino e Sossio tre pezzi di terra, che stavano in <i>Liburiae tellure</i> .
---	--

## DLXXXII

Diploma, quo Jordanus Capuae Princeps tradit Monasterio s. Laurentii quosdam census, et vectigalia, nec non certos homines, qui sub sua erant ditione.	Diploma con il quale Giordano, Principe di Capua, consegna al Monastero di s. Lorenzo i diritti per certi tributi e tasse, nonché certi uomini che erano sotto il suo dominio.
--	--

## DLXXXIII

Alterum Jordani diploma, quo s. Laurentii Monasterio quaedam bona donantur.	Altro diploma di Giordano, con il quale sono donati certi beni al Monastero di s. Lorenzo.
---	--

## DLXXXIV

Ioannes et Stadius uterini fratres Maroctae eorum sorori nonnulla tradunt praedia, quae de communi paterna haereditate ad ipsam spectabant.	Giovanni e Stadio, fratelli uterini, consegnano alla loro sorella Marotta alcuni campi, che spettavano alla stessa dalla comune eredità paterna.
---	--

## DLXXXV

Diploma, quo Jordanus Capuae Princeps cuidam Eustasio quosdam tradit homines ipsius dominio subjectos, nec non alia bona quae Richardus ac Robertus Principes jam donarant, eidem confirmat.	Diploma con il quale Giordano, Principe di Capua, consegna a un tale Eustasio certi uomini soggetti al suo dominio, ed inoltra conferma allo stesso altri beni che i Principi Riccardo e Roberto già avevano donato.
--	--

## DLXXXVI

Guilielmus Nolanus Episcopus ss. Severini ac Sossii Monasterio sub nonnullis conditionibus Ecclesiam s. Michaelis Archangeli donat, quae in loco <i>Forianos</i> nuncupato extabat.	Guglielmo, Vescovo <i>Nolanus</i> , dona sotto alcune condizioni al Monastero dei ss. Severino e Sossio la Chiesa di s. Michele Arcangelo, che stava nel luogo chiamato <i>Forianos</i> .
---	---

## DLXXXVII

Ursus miles pro animae suae redemptione Theopisto Abbati ss. Nicandri et Marciani Monasterii quamdam donat sylvae partem positam in loco qui <i>Insula</i> vocitabatur.	Urso cavaliere, per la redenzione della sua anima, dona a Teopisto, Abate del Monastero dei ss. Nicandro e Marciano, una certa parte di un bosco posto nel luogo che era detto <i>Insula</i> .
---	--

## DLXXXVIII

Petronus, Vulpanus et Nicolaus Barenses Ursoni Amalphitano Sergii filio quamdam tabernam vinariam tribus dumtaxat annis utendam tradunt.	Petrono, Vulpano e Nicola <i>Barenses</i> consegnano a Ursone Amalfitano, figlio di Sergio, una certa osteria per usufruirne solo per tre anni.
--	---

## DLXXXIX

Franciscus Tarabascus Ecclesiae s. Petri Terrae Majoris totam suam pollicetur haereditatem, postquam supremum diem obiverit.	Francisco Tarabasco promette alla Chiesa di s. Pietro <i>Terrae Majoris</i> tutta la sua eredità, dopo che avrà raggiunto l'ultimo giorno.
--	--

## DXC

Richardus Bonisculus a Nicodemo Abbate Monasterii ss. Sergii et Bacchi Ecclesiam s. Petri, quae in loco <i>ad Calistum</i> nuncupato posita erat, quaeque ad ipsum	Riccardo Bonisculo accetta, come custode, da Nicodemo, Abate del Monastero dei ss. Sergio e Bacco, la Chiesa di s. Pietro, posta nel luogo chiamato <i>ad Calistum</i> , e qualsiasi
--	--

Monasterium pertinebat, custodiendam recipit, et pollicetur se eam in elegantiore formam restitutum.	cosa che apparteneva allo stesso Monastero, e promette che la restaurerà in forme più belle.
--	--

DXCI

Boemundus filius Boemundi Antiocheni Principis Ecclesiae s. Petri de Balbania quemdam tradit villanum nomine Grisum, eiusque haeredes.	Boemondo, figlio di Boemondo Principe di Antiochia, affida alla Chiesa di s. Pietro <i>de Balbania</i> un tale contadino di nome Griso e i suoi discendenti.
--	--

DXCII

Lis, qua Nicodemus Monasterii ss. Sergii et Bacchi Abbas et quaedam Aloara de nonnullis praediis diu inter se contenderant, praesenti componitur instrumento.	La disputa, con la quale Nicodemo, Abate del Monastero dei ss. Sergio e Bacco, e una certa Aloara a lungo avevano conteso tra di loro per alcuni campi, è composta con il presente atto notarile.
---	---

DXCIII

Nicodemus ac Aloara, quorum in superiori membrana mentio habetur, initam repetunt conventionem, prout superius declaratur.	Nicodemo e Aloara, dei quali si fa menzione nella precedente pergamena, rinnovano la convenzione avviata, come sopra è dichiarato.
--	--

DXCIV

Bisantius Tranensis Episcopus Monasterio Beati Laurentii de Aversa Ecclesiam s. Vitalis donat ea quidem conditione, ut scyphatos duos quotannis Tranensi Ecclesiae persolvat.	Bisanzio, Vescovo di Trani, dona al Monastero del Beato Lorenzo di Aversa la Chiesa di s. Vitale, invero con quella condizione che ogni anno paghi due schifati alla Chiesa di Trani.
---	---

DXCV

Bisantius, de quo superius sermo est, s. Vitalis ac s. Archangeli Ecclesias s. Laurentii de Aversa Monasterio concedit.	Bisanzio, di cui sopra si parla, concede al Monastero di s. Lorenzo di Aversa le Chiese di s. Vitale e di s. Michele Arcangelo.
---	---

DXCVI

Sbimirus Castaldus, Maraldus et Guiso Ecclesiae s. Leonardi Sipontinae urbis nonnulla donant praedia posita in loco <i>Lama Volara</i> nuncupato.	<i>Sbimirus</i> Castaldo, Maraldo e Guiso donano alla Chiesa di s. Leonardo della città di Siponto alcuni campi siti nel luogo chiamato <i>Lama Volara</i> .
---	--

DXCVII

Robertus Praepositus Monasterio B. Mariae Dei Genitricis nomine Aldemi generi sui Bartholomaeo Celentano terrae petiam, quae extabat in loco dicto <i>a lu fossatu</i> colendam tradit.	Roberto, Preposto del Monastero della Beata Maria Genitrice di Dio, in nome di Aldemo suo genero affida a Bartolomeo Celentano, per coltivarlo, un pezzo di terra che stava nel luogo detto <i>a lu fossatu</i> .
---	---

DXCVIII

Ioannes Miscinus Ioanni Abbati Monasterii ss. Severini et Sossii praedium donat quod in loco <i>Casapagana</i> nuncupato extabat.	Giovanni Miscino dona a Giovanni, Abate del Monastero dei ss. Severino e Sossio, un campo che stava nel luogo chiamato <i>Casapagana</i> .
---	--

DXCIX

Bonohommus presbyter a ss. Sergii et Bacchi Monasterio Ecclesiae s. Nicolai atque Mariae custodiam recepisse fatetur, sacraque officia ibidem obituum pollicetur.	<i>Bonohommus</i> presbitero dichiara di aver ricevuto dal Monastero dei ss. Sergio e Bacco la custodia della Chiesa di s. Nicola e di Maria, e promette che ivi svolgerà le sacre funzioni.
---	--

DC

Nicolaus presbyter suam praedii partem cum quodam Datto pro quatuordecim arboribus commutat.	Nicola presbitero permuta la sua parte di un campo con un certo Datto per quattordici alberi.
--	---

DCI

Richardus Ducalis Comestabulus Monasterio s. Laurentii de Aversa integram terram <i>de monte Toro</i> donat.	Riccardo, Comestabile Ducale, dona al Monastero di s. Lorenzo di Aversa una integra terra <i>de monte Toro</i> .
--	--

## DCII

Ioannes cognomento de Domino Niceta cuidam Ioanni Inferno nonnulla habere declarat documenta, quae communem haereditatem respiciebant, quaeque, si necesse fuerit, exhibiturum pollicetur.	Giovanni, di cognome <i>de Domino Niceta</i> , dichiara a un certo Giovanni Inferno di avere alcuni documenti, riguardanti la comune eredità, i quali si impegna a presentare se sarà necessario.
--	---

## DCIII

Robertus Capuanorum Princeps s. Vincentii Levitae et Martyris Monasterio sui montis partem donat.	Roberto, Principe dei Capuani, dona al Monastero di s. Vincenzo Levita e Martire la sua parte di un monte.
---	--

## DCIV

Petrus <i>De lu presbyter</i> dictus a Sarulo atque Rogerio ejus filio sub nonnullis conditionibus praedium quoddam colendum accipit, quod in loco <i>Attuborata</i> nuncupato extabat.	Pietro, detto <i>De lu presbyter</i> , accetta con alcune condizioni da Sarulo e suo figlio Ruggero un certo campo da coltivare, sito nel luogo chiamato <i>Attuborata</i> .
---	--

## DCV — DCVI — DCVII

Tancredus Cupersanus Ecclesiae Beati Leonardi nonnulla donat praedia.	Tancredi Cupersano dona alla Chiesa del Beato Leonardo alcuni campi.
---	--

## DCVIII

Falco Ecclesiae s. Leonardi sub quibusdam conditionibus cuncta bona sua mobilia et immobilia donat.	Falco dona, con alcune condizioni, alla Chiesa di s. Leonardo tutti i suoi beni mobili e immobili.
---	--

## DCIX

Ursus Romanus ss. Marcellini ac Petri Monasterio quoddam praedium <i>foris gryptam</i> positum vendit, atque sex quae illud respiciebant, tradit documenta.	Urso Romano vende al Monastero dei ss. Marcellino e Pietro un certo campo sito <i>foris gryptam</i> , e consegna sei documenti che riguardavano lo stesso.
---	--

## DCX

Lis inter Leonem Vicecomitem, ac Ioannem presbyterum Ecclesiae s. Severi custodem de quodam praedio exorta iurejurando componitur.	La disputa tra Leone Viceconte, e Giovanni presbitero, custode della Chiesa di s. Severo, sorta a riguardo di un certo campo, è composta con giuramento.
--	--

## DCXI

Sica et Drosu atque Ioannes Salernitanus nonnulla bona inter se commutant.	Sica, <i>Drosu</i> e Giovanni Salernitano si scambiano alcuni beni.
--	---

## DCXII

Sergius Consul et Dux Neapolitanus ss. Severini et Sossii Monasterio nonnulla praedia donat.	Sergio, Console e Duca Napoletano, dona al Monastero dei ss. Severino e Sossio alcuni campi.
--	--

## APPENDIX

## I

Diploma, quo Carolus Francorum Rex cuiusdam curtis atque capellae, quas Carolomannus ante donaverat, possessionem Parmensis Ecclesiae Episcopo confirmat.	Diploma con il quale Carlo, Re dei Franchi, conferma al Vescovo di Parma il possesso di una certa corte e di una cappella, che Carlomanno in precedenza aveva donato.
---	---

## II

Marinus et Ioannes medium <i>Casalem Mallanum</i> cuidam Leoni donant.	Marino e Giovanni donano a un certo Leone la metà del <i>Casalem Mallanum</i> .
--	---

## III

Lando Atenolphi filius cuidam Angelo vendit praedium in vicinia s. Prisci Ecclesiae positum.	Landone, figlio di Atenolfo, vende a un certo Angelo un campo posto nelle vicinanze della Chiesa di s. Prisco.
--	--

## IV

Sergius Consul et Dux Neapolitanus Malo Abbati Monasterii s. Salvatoris in insula maris Ecclesiam ss. Sergii et Bacchi cum omnibus donat pertinentiis.	Sergio, Console e Duca Napoletano, dona a Malo, Abate del Monastero del s. Salvatore <i>in insula maris</i> , la Chiesa dei ss. Sergio e Bacco con tutte le pertinenze.
--	---

## V

Humphredus Montis caveosi Comes Simeoni Abbati Monasterii s. Michaelis Archangeli nonnullas Ecclesias pro animae suae remedio donat.	Umfredo, Conte di <i>Montis caveosi</i> , per la redenzione della sua anima dona alcune Chiese a Simeone, Abate del Monastero di s. Michele Arcangelo.
--	--

## VI

Humphredus, de quo in superiori membrana sermo est, s. Michaelis Archangeli Monasterio nonnulla concedit privilegia, cunctosque homines eidem Monasterio subjectos ab angariis aliisque eximit pensationibus.	Umfredo, di cui si parla nella precedente pergamena, concede al Monastero di s. Michele Arcangelo alcuni privilegi, ed esonera da angarie ed altre prestazioni tutti gli uomini soggetti allo stesso Monastero.
---	---

## VII

Rogerus Dux Amalphitanus donationem cuiusdam plagiae a Mastalo eiusdem Civitatis Duce jam factam, Mauro Rheginensis sedis Episcopo confirmat.	Ruggero, Duca di Amalfi, conferma a Mauro, Vescovo della sede <i>Rheginensis</i> , la donazione di una certa spiaggia già fatta da Mastalo, Duca della stessa Città.
---	--

## VIII

Rogerus Calabriae et Siciliae Comes Monasterio Beatae Mariae de Rovella nonnulla donat bona.	Ruggero, Conte di Calabria e Sicilia, dona alcuni beni al Monastero della Beata Maria <i>de Rovella</i> .
--	---

## IX

Uxor cuiusdam Ioannis nonnulla praedia vendit Ioanni presbytero fratri suo.	La moglie di un tale Giovanni vende alcuni campi a suo fratello Giovanni presbitero.
---	--

## X

Maurus Rheginensis Ecclesiae Episcopus cuidam Placarae praedium vendit, ubi Leonis viri sui sepulcrum extabat.	Mauro, Vescovo della Chiesa <i>Rheginensis</i> , vende a una certa Placara un campo dove stava il sepolcro di suo marito Leone.
--	---

## XI

Rogerus Siciliae Calabriaeque Comes Ioannem de Nicephoro Ecclesiae Melitensis Canonicum Scyllacensi Ecclesiae praesesse iubet, nec non homines eiusdem Scyllacensi Ecclesiae ditioni subjectos enumerat.	Ruggero, Conte di Sicilia e Calabria, ordina che Giovanni <i>de Nicephoro</i> , Canonico della Chiesa <i>Melitensis</i> , presieda la Chiesa <i>Scyllacensi</i> , ed elenca gli uomini soggetti al dominio della stessa Chiesa <i>Scyllacensis</i> .
--	--

## XII

Radulphus Machabaeus Montiscaveosi Dominus s. Michaelis Archangeli Monasterio, quod inibi extabat, nonnulla praedia donat.	Radolfo Maccabeo, Signore di <i>Montiscaveosi</i> , dona alcuni campi al Monastero di s. Michele Arcangelo che ivi stava.
--	---

## XIII

Radulphus, de quo in superiori membrana mentio habetur, praediorum, quae jam s. Michaelis Archangeli Monasterio donaverat, fines describit, iterumque eadem confirmat.	Radolfo, del quale vi è menzione nella precedente pergamena, descrive i confini dei campi che già aveva donato al Monastero di s. Michele Arcangelo, e di nuovo li conferma.
--	--

## XIV

